



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Meditationes Et Recollectiones Animæ, Per decendialia  
Exercitia Deo suo Vacaturæ**

**Finetti, Bernardo**

**Augustæ Vindelicorum, 1690**

Meditationes pro viâ Illuminativâ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60556](#)

Anima devota, memorique mente s̄ep̄il  
volue, & cordatē tibi promitto, sed  
hanc memoriam adeō tibi profuturam  
toto nisu sis allaboratura, quatenus per  
funditūs eradicatis virtutes implanten  
Judicem adventurum suavi suo odore b  
volum reddituræ.

## DIES QUINTUS

## MEDITATIONES

*Pro via illuminativa*

**A**nima devota, in via purgativa  
nihil progressa, ejurato per p  
tentiam peccato, & omnibus  
execratis, quæ sunt offensa Dei, una  
mnibus occasionibus ad eundem offe  
dum inducere valentibus, aliam viam  
tatur, quâ mediante ad perfectionem  
quam suspirat, devenire possit, & hæc  
tur illuminativa.

Via hæc incessu non est tam di  
quàm erat purgativa, quia anima, gravi  
dere culparum liberata, melius est al  
disposita, & consequenter facilius p  
movet, velociusque ad montem perfe  
nis ac vitæ sanctimoniam progreditur  
lim tamen negare, quin & hæc suas di  
stinctas

tates patiatur, utpote cuius præcipua inten-  
tio est: Comparare virtutes Patientiæ, hu-  
militatis, Charitatis, obedientiæ, perfectæ  
passionum mortificationis, pauperitatis &  
castitatis, ad quod utique firmo sustentaculo  
opus erit; sustentaculum autem idem erit,  
quod pro via purgativa assignabatur, ubi te  
stipabas cum JESU, & Maria, cum S. Josepho,  
& alijs Sanctis Patronis tuis, humillimè eis-  
dem supplex facta, ut in omnibus succurre-  
rent, omnesque difficultates tollerent, quo  
tandem securè ad optatum perfectionis  
montem pertingere posses. Hoc idem &  
nunc facito, viaticum desumptura è nonnul-  
lis vitæ JESU Christi, Redemptoris nostri,  
mysterijs.

## DIES QUINTUS.

*De Incarnatione, & Nativi-  
tate Filij Dei.*

### MEDITATIO PRIMA:

#### PUNCTUM PRIMUM.

**C**onsidera, quantum nobilissimæ Dei  
creaturæ, Angelus & homo, creatio-  
nis suæ beneficio fuerint ingratæ, dum  
& hic, & ille peccaverunt, uterque Deo crea-  
tori

tori suo rebellis, & pœnam æternam com  
ritus. Nihilominus solus Angelus rig  
Dei justitiae in prædam cessit, homine mi  
corditer præservato. Solum hominem  
nigro & placibili vultu respexit, pro  
lo remedium determinando. Et lice  
niti modi, & viæ eundem salvandi fu  
præ omnibus tamen viam Incarnationis  
git, tamquam medium magis propor  
tuum, magisque expressivum sui amoris.  
sidera, quomodo Filius Dei, verbum  
num carnem humanam in purissimis  
nis visceribus assumpserit, & factus ho  
triginta trium annorum curriculo vita  
xerit perfectam, sanctam, ærumnisque  
nam; tandem in ignominiosa cruce  
tuus, ubi in monte Calvariæ, quasi in  
dam amoris balneo, sanguinis sui disper  
diluit omnes omnium peccatorum ma  
Morte sua amarissima dedit homini, per  
catum mortuo, vitam, & qui milenos  
nos promeruerat, capacem reddidit pa  
culi,

### AFFECTUS.

O Homo! O quam es obligatus huma  
tuo! O quam Domino tuo es ob  
cta Anima mea! Noveris anima & in p  
mnes omnium hominum obligationes quo tu  
soli incumbere, quia, tametsi pro omni leo ex  
ad

animabus mortuus sit Deus tuus, ita tamen  
natus, & mortuus est pro omnibus, sicuti pro  
te sola; si tu unica & sola fuisses in terra, pro  
te unica & sola descendissem & mortuus fuiss-  
et, ut adeò in te sola omnes quoque omnium  
aliarum animarum obligationes reperiantur.  
O mi Deus! quām me amasti? quandonam  
tanto amori respondebo? Tu totum te in  
Incarnatione mihi donāsti, & ego non me  
totum redonem. Tu, relicto Patris æterni  
snu, descendisti in sacratissimum Virginis  
Mariæ uterum, ubi, conculcata mea superbia,  
immensum tuum amorem venerabundo ob-  
tutu enucleatiūs ponderem. Tu in misera-  
nnisquibilem hunc mundum venisti, crucis patibu-  
lum & mortem ipsam subiijsti, & ego mise-  
rias horream, cruces fugiam? O mi Deus!  
En! me totam in divinos tuos amplexus, &  
dispositiones resignatam, totam me tibi  
ini, perdono & offero, tu totam accipe & posside.  
Renuntio ex nunc omnibus commoditati-  
bus, omnibus voluptatibus, & illecebris sa-  
culi. Detestor, execror, & abominor mun-  
dum cum omnibus reculis suis, tibi adhære-  
bo, te sequar, te amabo, & cum tu carnem  
humanam assumpseris, ut peccatum summè  
tibi exosum destrueres, Ecce! ego ex nunc,  
& in perpetuum abominor omne peccatum,  
quo tuis vestigijs perfectius insistam. Do-  
eo ex toto corde de omnibus peccatis meis,  
firmiter

firmiter statuo ac propono , me nunc  
amplius te offensuram. Ignosce O mihi  
quæ hactenus peccavi ; dele peccata,  
gligentias meas.

### *Fructus & proposita.*

**C**onsideratis tot beneficijs à Deo concessis, erubescere Anima devota de maxima tua ingratitudine fundere, nec ullius beneficij accipere dignam te reputa, quia verè ulterioris dignus, qui de prioribus fuerit ingredi. Propone in posterum tanto amoris respondere, quod fiet, si eidem totam tuleris, aut saltem offerre studueris. Iste, Anima devota, Dei filium Incar- ut peccatum ex hoc Mundo exterminare concurre tu obtinendo huic fini, condonare ejus voluntati, destrue peccatum, o que Dei offenditias pro posse declina. Et Dei filius in sua Incarnatione totum dederit, stude & tu, tota ejus esse, totum eti à creaturis te sequestrando, omniaque majorem ejus gloriam dirigendo.

### PUNCTUM SECUNDUM.

**C**onsidera, anima devota, quod Dei, completis novem mensibus

bus in utero materno delituerat, tandem nasci voluerit, sua præsentia omnem hominem, opacissimis errorum tenebris involutum, illuminaturus. Ubi tamen singulariter observes, ad hoc non selecta fuisse Principum palatia, aut nobilissimam quandam totius universi civitatem (quod utique facere potuisset, utpote Rex gloriæ, & Monarcha totius mundi) sed oppidulum quoddam inter totius Orbis ignobilissima, & in eo non dominum præcipuam, sed stabulum abjectissimum; clarè per id innuens, quām esset humilitatis amantissimus, quāmque nihil æstimaret vanitates, & pompas sæculi. Et mirum sanè, quòd, quo quis humilitatis fuerit studiosior, eo magis emineat. Testis sit Redemptor noster, qui sua humilitate non modo nihil deperdidit, sed potius gloriofissimè eminuit, ab ipsismet Angelicis Spiritibus, ut Deus & Dominus omnium adoratus, atque ut talis toti Mundo propalatus. Considera, nec ipsosmet homines hoc latuisse, sed omnium sapientissimos ab Oriente advolasse, eumque Regem, Deum, & hominem verbo & opere contestatos fuisse, unde habes, Dominum tuum non diligere, nisi, qui in suis cogitationibus fuerint humiles & abjectæ, easque animas tanto dignius Dei habitaculum futuras, quanto se magis humiliaverint.

AFFE-

## AFFEKTUS.

**O** Deus meus, quomodo cum tantā dera  
jestate, quam in te video, & verit  
bundē adoro, consistere potest adeō  
humilitas? Quomodo est possibile, anima  
ut te possis elevare, dum Deum tuum adeō  
miliatum intueris? unde obsecro tantā  
inco  
te desiderium erga mundanos hono  
dignitates, dum consideras, Dei Filii Cred  
suo habitaculo stabulum, pro lectulop  
pe elegisse? O Domine mi! En sup  
me, concede, mi JESU, & mihi virtutem  
tantopere à te amatam. Ah! quām  
conveniens, ut despiciens terrā  
culus se exaltet, & commoditatibus iu  
hiet, dum Deus Deorum & Domini  
minantium adeō se humiliat, tantā  
commoda elit, & amplexatur! V  
O mi Deus, Ah! video, & ex hac tua lu  
tate probè addisco, nihil mihi in hoc  
eligidum, quām vilissima quæque,  
ad tuum exemplum me deprimam &  
liem.

*Fructus & proposita.*

**D**isce, Anima devota, delicatus  
affektus seponere, nec in insolu  
menta effundere, cùm levius  
tem  
tum  
avid  
orati  
oculi  
quā  
qua

quibusdam reculis orbata m̄ te sentis; refle-  
cte oculos tuos in Dominum, vide & consi-  
dera, quam is omnibus commodis renuntia-  
o, & va verit, omniaque terrena consumperit, ut  
e potell adeò summoperè confundi debeas, dum te  
le, anima adeò tuis commodis addictam cernis. Quòd  
uum ade si non es ita erga Deum inflammata, ut ultrò  
cro tantū incommoditates eligas, sustine saltem pa-  
s honor tienter, quas à Deo immissas adverteris.  
Dei Filiu Crede, nunquam te à Deo magis diligī, asti-  
lectulop mari, aut majori bono præveniri, quam dum  
En supp commoditate aliquate privat, nonnullisque  
virtutem tribulationibus exerceat, tum enim verò in  
quàm genuinum filium te eligit, cùm quò magis  
terram amat, eo castigat magis; ne itaque ob quæ-  
vis adversa continuò in murmur erumpas,  
Dominu quin potiùs Deum tuum tamquam summum  
tantāq Benefactorem lauda & glorifica.

### PUNCTUM TERTIUM.

**C**onsidera, Anima devota, beatissimam  
Virginem, instantे partū sui horā, sta-  
bulum ingressam, ubi facie ad oriен-  
tem versa, lumen illud indeficiens, quod to-  
tum Mundum illuminaret, humillimè &  
avidissimè exspectabat, totoque corpore in  
orationem composito, elevatis in cœlum  
oculis ac manibus nihil aliud desiderabat,  
quàm splendidissimum illum Solem à Pa-  
I triar-

triarchis & Prophetis tantopere delitum intueri, basiare, castissimis complecti strigere, quibusuis obsequijs proponere & demereri. Considera orationis ciam, vix enim in preces resolutebatur uti S. Brigittæ revelatum legimus, in eis raptæ profundissimæ contemplationis quam omnium deliciarum Oceano in dilectissimum suum, & Dei filium in terram schemate vestitum in lucem edidit. misericordia, O anima devota, delicias inexplorabiles à beatissima Virgine tunc degustata es, ubi tantæ erant, ut quemadmodum B. Anna venire afferit, vox, pectus, & omnes ejus leam. inennarrabili lætitia oppressi palpitare. Vix conspectum, ut Deum ac Dolorerat suum humillimè in terram prostrata patulavit, & maternis brachijs constringens summissimis affectibus salutavit dicens: Eheia: In nomine Dei meus, Dominus & filius meus in incubabat.

### AFFECTUS.

**O** Anima mea! benè considera, taque Deus concipiatur & pariatur in lachitione. In rerum cœlestium contemplatione invenitur Deus. Ah mi Deus heus, ties te quæsivi, & meritò, meritò te nos seruvi, quia non in cœlo, nec in celo tam sed in Mondo, & ejus vanitatibus te quoniam fu-

-130-

Erravi, O Deus meus! Confiteor errorem  
meum, emendabo posthac, & ut te inve-  
niam, orationi insistam, in cœlum & non in  
terram oculos reflectam, ibi, ibi te bonum  
meum & unicum cordis mei solamen quæ-  
ram. Sed ecce! Anima mea, si forte nimis  
arduum tibi videretur, affectibus tuis in cœ-  
lo semper consistere, En! Dilectum tuum in  
terram delapsum. O mi JESU! Ergo in  
misericordia hunc Mundum descendere vo-  
lui? Dic mi JESU, edissere dilecte mi, ubi  
es, ubi cubas, ut re unicum bonum meum in-  
venire, exosculari & æternum possidere va-  
nes ejusleam. Deus es tu, & Dominus omnium,  
quærendus ergo in palatijs, in præcipuis Im-  
peratorum aulis, jacebis utique in molli gra-  
vata, stabulo, milleno stipatus famulitio. Et quis  
ingens um mihi misellulæ aditus? Ah erras anima  
mea: En! humillimum Redemptorem tuum  
in palatijs, sed in stabulo, non placido  
acubantem thalamo, sed fœno durissimo,  
c quidem in præsepio. Hic, hic reponi  
oluit, ut facilior tibi esset aditus. Hunc  
taque ama, hunc adora, O anima mea, huic  
iacidissimè inclama: Ave Rex Regum, &  
omine Dominantium: benè veneris Deus  
ni Deus meus, te semper amabo, tibi serviam, tu so-  
litò te nos semper eris objectum lætitiae meæ, non  
in cœlētam, nec admittam voluptates alias, quæ  
te quon fuerint in te, & propter Deum meum.

## Fructus &amp; proposita.

**M**editationem hanc utiliter diligere, nescio quen  
venerabile sacramentum; qui Neu  
pter dum verum Dei filium a Deo  
gustissimo Missæ sacrificio elevari censere, n  
quod plus est, si eundem in pectus tuus expul  
mni stabulo horribilius introeuntem nio, si  
spicis, toto pectore constringes, & marimur  
qua poteris, humilitate adorabis; nec discut  
tes ardentissima desideria elicere, et in Mu  
num verum Deum absque velamine tui  
di, æternumque in Paradiso possident tuum  
facie ad faciem intueri liceat. Imitare perde  
cissimam Virginem Filiolo suo teneri prius  
blandientem, & roga, ut interhos illos nunc  
et us tibi impetrat, quibus ipsa tunc  
ris exarserat; & cum oratio humili  
nubes penetret; indignissimam te  
qua Deum aspiciat, ne dum intra  
suum recipiat. Lauda Beatissimam  
nem, omnibus licet virtutibus rutilans  
nihilominus tamen coram unigenito  
suoque filio adeo humilitatis studi  
Alloquere eandem, & adgratulare  
honorem, tantamque gratiam sibi, q  
Mundo per dilectissimi filij sui humili  
exhibitum; Stude ejusdem amoris a  
te inflammare, semper in Deo gaudere  
demque semper tam tenerè contem



quemadmodum ipsa tunc fecisse constat.  
Neu tamen credas, quosvis affectus, aut ne-  
scio quas preces quidquam profuturas, quum  
terrenis voluptatibus adhæseris, scias potius,  
Deum omnia bona opera minimè rata habe-  
re, nisi prodierint ab animo puro & à vitijs  
expurgato. *Bona est oratio, sed, cum jeju-*  
*nio, si nimirum à peccatis jejunii, & liberi fue-*  
*rimus, si itaque preces tuas efficaces cupis,*  
*discute teipsam, & dole, quòd te tam misere-*  
*licere, eu in Mundi hujus voluptatibus deperdideris,*  
*& incauta immerseris, quæ tamen spiritum*  
*possident tuum recreare, & ad unicum bonum tuum*  
*perducere minimè poterant. Quantòque*  
*prius terrena & corpus tuum foveras, tantò*  
*nunc contemne & spiritui subjuga.*

## DIES SEXTUS.

*De ijs, quæ Christus in priva-*  
*ta adhuc vita à duodecimo anno usq;*  
*ad trigesimum egit.*

### MEDITATIO SECUNDA: PUNCTUM PRIMUM.

**A** nimæ in via illuminativa constitutæ  
optimus progressus erit, cùm per se-  
mitam virtutum incesserit, in id

unum semper intenta, ut Christi primi imò potissimi viæ hujus Magistri virtutes in tuo. tur. Unde optimè feceris, Anima de super si vitam Christi consideraveris, & nunc & ni dem, quæ in vita privata egit.

Considera itaque quomodo duodecim annos natus à Disputatione in templo fundi

Doctoribus habita reversus cum Josephina mea,

*Luc. 2.* Maria in Nazareth secesserit, utrique ad temp

guem obedientissimus: *Et erat subditus* bo

Continua ejus exercitatio erant actus amoris & obedientiae. Gloriosissime sua amori

paræ & Josepho obtemperabat tamquam

suis majoribus, omnia vilissima quaquam

nisteria subeundo: Verrebat domum, struebat mensam, laborantem Nutri

studiosissime juvabat. Functiones prae-

dissima consideratione dignissimæ, argu

eo capite magis obstupecendæ, quod stere

met Dei filius Creator, & Dominus omniu

obediverit, & subjectus fuerit creaturæ totum

## AFFECTUS.

**A**desto, Anima mea, edissere, quæcumque summa dementiæ angulus superridet tuam recondat, ubinam fundetur furens fastus tuus. O sceleratissimam naturam non solùm dignaris te subjicere, & obplus re personis inferioribus, sed & majoribus obedire.

aristi prius imò recusas obedire, & famulari ipsimet Deo  
virtutes in tuo. Confundere, Confundere mortalium  
nima de superbissima, subingredere tectum vilitatis,  
& nunc & nihilitatis tuæ, detestare intolerabilem  
fastum tuum.

do duod. Ah! quàm miserabilis sum ego! Con-  
n templo fundor, O mi Deus! & erubesco de superbia  
am Jofep mea, dum tantam humilitatem tuam con-  
utrique ad templor. Mutabo cogitationes, immuta-  
at subdit bo mores meos, submitto me ex nunc tui  
tactus humore omnibus creaturis, quibus tu te ipsum  
ssimam amorem mei subjecisti.

### *Fructus & proposita.*

**C**rede, anima devota, virtutum & viæ  
spiritualis excellentiam in sola humili-  
tate & abjectionis exercitijs consi-  
stere, quod stere. Munia honorifica acquirendo spiri-  
minus omni parum deserviunt, humilia plurimum;  
creaturæ totumque hominem mirum in modum divi-  
no amore inflammant. Actus humilitatis  
calcaria sunt, quibus anima in via perfectio-  
nis extimuletur. Opus omnium nobilissi-  
mum est, servire Deo, quod tanto eidem ar-  
bus super ridebit magis, quanto anima in abjectioribus  
fundetur fuerit studiosior. Plus meretur, qui famu-  
lum te latetur in abjectis, quàm qui inter honores,  
cere, & plus qui servit in humili statu pauperis, &  
& major obedientis Religiosi, quàm qui in Prælaturis,

& honoribus sæculi. Deus non exigen-  
tionem ab homine, cur non fuerit Prae-  
aut superior, inquiret tamen, cur non  
humilis. Accendere igitur ad arripien-  
t exercitium humilitatis, confundere  
superbia, omnesque tuas delitias in fre-  
ti actuum humilitatis exercitio desige,  
tanquam majori gusto exequaris, quanto  
veris, id ipsum ab ipsomet Dei filio qua-  
diosissimè præstitum. Quod ergo in  
amore tui vilissimæ creaturæ, facies tuan  
ipsius Domini Creatoris ac Redemp-  
tui. Famulare Domino tuo cum humil-  
te & reverentia, cujus stimulum &  
plar accipe à famulis terrenis Principi-  
summo fervore famulantibus, à quo  
non nisi exiguum quoddam premiolum  
rare possunt, tu econtrà à Domino tuo  
mia æterna.

### PUNCTUM SECUNDUM.

**D**E benedicto Redemptore nosto  
statur S. Lucas, eum per exactissimam  
obedientiam Parentibus exhibet  
creuisse ætate, sapientiam & gratia coram  
& hominibus: proficiebat sapientia, et  
gratia apud Deum & homines.

Considera anima devota, Redemptor  
tum non fuisse capacem ullius aug-  
menti.

nec in sapientia, nec in gratia, utpote qui primo conceptionis suæ instanti utramque in infinito gradu possidebat, ut adeò ultra proficere non potuerit; sed profecisse dicitur propter exercitia exteriora, in quibus semper majora sapientiae, scientiae & gratiae suæ indicia demonstrabat, unde facile deduces, quantopere in virtutum exercitio allaboraverit. Christus Dominus erat ipsa sanctitas, & tamen eandem singulis diebus majori virtutum incremento manifestabat, fugiebat omnes voluptates, semper & unicè orationi & operibus charitatis deditus. Omnem non movit lapidem, quo semper aliquid pro nobis pati posset. Considera, quales omnes ejus cogitationes fuerint, omnes sanè ad nostram salutem directæ.

### AFFECTUS.

**N**OSSe cuperem, quid cogitares, Anima mea, dum vides omnes cogitationes Domini tui in tuam salutem teneisse. Ipse tantâ sollicitudine in tuam salutem ferebatur, & tu tam es incuria. Ah! miserabilem te, ostendis sanè parum te de salute solicitam, dum affectu tam exiguo in virtutes traheris, quæ tamen solæ ad gratiam & gloriam deducunt. Proficit Dominus tuus in gratiâ, sapientia, & alijs virtutibus; &

tu, quasi horum omnium non essem indigens.  
hili aestimas. Misellula anima mea, ergo  
toto die viam vitiorum decurres? Ergo  
Mundi hujus delitijs semper inhiabis? Is  
per in vanitatibus otiosa vagaberis?  
absit hoc, O Deus meus! Errabam, errabo  
O mi Jesus! dum amore proprio excusat  
relictis virtutum radijs, in medijs vitionis  
tenebris ambulabam. Ah! quæ nubes  
densa affectus depravati efficere potuit,  
non viderem errorem meum? Doleo,  
Deus, doleo, deploro & sepono ex nunc  
mnem negligentiam meam, renuntio omni  
bus Mundi blandimentis, non amabo po  
hæc vitia, sed virtutes, tantoque eas am  
tar, quanto priùs abominabar.

### *Fructus & proposita.*

**N**on est, Anima devota, cur anxie  
ceps inquiras, quâ potissimum via  
perfectionem devenire possis.  
flecte oculos ad vestigia Redemptoris tu  
videbis, quantis passibus in sapientiâ &  
tia processerit, & hoc nulla alia via aur  
do, quam sedulo virtutum exercitio.  
ipsum & tu arripias, & viam habebis.  
tamen existimes, nomen virtuosi eum sa  
ri, qui non singulis quasi momentis in vir  
creverit, cum in hac via medium non de  
in sun



aut enim progrediaris, aut retrogrediaris, necesse est, quare te ipsam indies accurate disquire, & si tenues progressus te fecisse deprehenderis, dole & ingemisce, nec pedem retrahere, quoisque nov9 concepto fervore ad statūs tui perfectionem deveneris.

### PUNCTUM TERTIUM.

**C**onsidera, Anima devota, in quorum oculis filius Dei creverit; *apud Deum videlicet, & apud homines.* Apud Deum, omnia ad divinæ voluntatis normam dirigendo, ejusque amore faciendo, unde factum, ut omnia quoque opera Patri æterno summoperè placuerint, quemadmodum ipsemet apud Isaiam testatur: *Complacuit sibi in illo anima mea.* Apud homines, omnibus bonum exemplum præbendo. Omnibus humilem se, modestum, patientem, plenum charitate, mansuetudine, alijsque virtutibus exhibebat, unde & omnibus erat charus & acceptus. Et quod magis miris, cùm is Magister noster fuerit: *Magister Matth. vester unus est Christus.* Nihilominus ad usque annum trigesimum semper delituit, toto illo tempore in virtutibus humilitatis & patientiæ sese exercendo, tres ultimos duntaxat annos in exercendis fidei mysterijs insumens. Unde liquet, quo pretio virtutes

42.

23.

tes omnes, maximè verò humilitatem, habuit. Nec obscurè ex his ipsis deduces, quia cautè Dei dona custodienda, quām omni honorum culmina, omnesque eminentiae occasionses declinandæ; etsi, urgente charitate, vel obedientia, talia officia si necessum fuerit, qua sollicitudine cōquenda.

## AFFECTUS.

**O** Domine mi, quām bonus es & cōbilis! Quantum allaborabas, ut exemplo tuo in virtutib⁹ instrueret. Ettamen, ah miseram me! quām parvū dīci, quām adhuc sum ignara, quātū bonum vix agnosco, nec ullam proprietem sum adepta? Ah! si justa lancea puderem affectum meum, hinc ad virtutes, ad honorifica munia trahentem, O quam præponderaret illi! non subesse sed posse, non discere sed docere cogito, affectus omnibus vijs urgeo. O Jesu midulcissimus es tu gratiā & virtutibus, ego & omnibus destituta, miserere ergo factuæ supplicant, & concede, ut opib⁹ hac tua gratiā toto affectu non in terris sed in cœlestia ferar.

Ah! Jesu mi, recordare, quod sis!

*2. Cor. i. misericordiarum, & Deus totius consolans.*



Consolare afflictum cor meum; accende in  
me flamas amoris tui, infunde superef-  
fluentem gratiam tuam, ut strenuo virtutum  
incremento eo tandem deveniam, quo ge-  
nuinus tuus discipulus dici, & reipsa ut talis  
à te foveri valeam.

## *Fructus & proposita.*

X hac meditatione disces, Anima de-  
vota, quantopere studere debeas, ut  
utriusque, & Deo nimis & homini-  
bus, placeas, ita tamen, ut ad nullum extre-  
num declines. Nonnulli contenti sunt,  
modo placeant Deo, nulla aut saltem exi-  
guacura de hominibus habita, parum curan-  
tes, an offendiculo, an verò ædificationi  
eisdem sint, id unum plenis buccis propalan-  
tes, sufficere sibi, si Deo fuerint accepti.  
Gravis istorum error inde enascitur, quòd  
ignorent, quām indissolubile vinculum in-  
ter utrumque, tum Dei, tum proximi, amo-  
rem intercurrat. Nemo omnino verè am-  
bit Deum, nisi hoc eodem amore querat bo-  
num proximi, omnis bono suo exemplo ædi-  
ficando; quod ipsum enucleatiū edocuit  
suos Romanos S. Paulus dicens: *Quæ ædifi-  
cationis sunt, invicem custodientes.* Alij, &  
primis peiores, totum suum studium collo-  
cant in eo, ut coram hominibus boni appa-  
reant

reant, parum de Deo solliciti, & hi sunt  
pocritæ. Ne ergò aberres, Anima deva  
primarium tuum studium in omnibus la  
adimplendo beneplacito divino; secun  
dum de bono proximi exemplo, qua  
vera est ad perfectionem via. Ex eo  
mum, quod Redemptor tuus intanta ha  
litate & abjectione totis triginta annis du  
tuerit, & vix ullum Divinitatis suæ per  
culorum patrationem specimen dederit,  
scere debes, plus temporis tribuendo p  
prio virtutum incremento, quam alie  
primitusque nobis ipsis invigilandum;  
verò etiam alijs.

## SEPTIMUS DIES.

*De Baptismo Christi, 8<sup>o</sup>  
post Baptismum in desertum  
secessu.*

### MEDITATIO TERTIA

#### PUNCTUM PRIMUM.

**C**onsidera, Anima devota, sum  
Christi reverentiam erga dilectionem  
matrem Matrem suam, qua adeo tuis spe  
coluit, ut instantे prædicationis suæ tem  
re prius eidem valdicere, & per hoc hie



tiam quasi petere voluerit. Quām hæc dulcissima separatio pientissimæ Virgini fuerit gravis, credetis, qui ex amicissimis nonnem perdidit, aut amittere cogeretur. Quo amor est intensior, eò subtristior est avulsio, amor autem iste erat intensissimus, unde & gravissima separatio. Obtenta hac licentia solus ad flumen Jordanem concessit, ubi S. Joannes publicanos & peccatores baptizabat, quos inter medium se collocans & ipse baptizari voluerat. Considera profundissimam Christi humilitatem, cùm enim Baptismus Joannis fuerit Baptismus pœnitentia, ipse verò Christus totus innocens, sanctus, & perfectus, imo ipsa sanctitas & perfectio, nihilominùs subeundo hoc lavacrum in oculis hominum peccatoris specimen præferebat, quod utique incomprehensibilis humilitatis erat actus. Pondera hanc humilitatem, &, quantò intimius vales, cor dituo imprime.

## AFFECTUS.

O Mi amantissime Jesu! quid agis? Tu innocens es, omnis pœnitentia incapa, & te submittis Baptismo Pœnitentia? Tu justus es & sanctus, & peccatoria adeo is speciem deferre non abnus? Ah! Animna mea, quandonam disces immensam Domini

mini tui humilitatem? ipse justus, & beant,  
 etus, imò Sanctus Sanctorum, peccatorum quæ ab  
 ri cupit, ut te ad humilitatem accendat sed rui  
 peccatis onusta, quamlibet confusionem positiu  
 bram sagacissimè declinas, tuoque falso solidam  
 cæcata non formidas justam te coram cur eni  
 bus propalare. Ah perversam mortuorum norib  
 vicem! Tu, benignissime Jesu! ab omnibus ipsum  
 cati umbra immunissimus eras, & ad infinites  
 peccatoris speciem te demisisti, & ego nec cu  
 catrix maxima vel umbram peccati. Magist  
 naciter subterfugio, horreo, execro, omnibus  
 confundi, non vilipendi, non contemnere,  
 sed exaltari, adorari, coli & astimari tuere,  
 da. Ah miseram me, quando unquam persecu  
 testanda hac superbia me abdicabo? cludes  
 donam Sanctissimi Jesu mei vestigium  
 stam?

### *Fructus & proposita C*

**C**onsideratio hæc, Anima devotissima  
 exiguo tibi erit adminiculo ad fuisse  
 piendum ardens desiderium in verus  
 mnes te suppressandi, omnibus in lus: Et  
 summae tibi erunt deliciæ. Videbis  
 exactissimam, quin imò necessariam insonans  
 peccatis pœnitendi viam, esse humilians  
 utpote virtutum omnium fundamenta  
 quamvis huic omnes aliæ virtutes in  
 mibi revertur.

beant, nulla tamen magis quam pœnitentia,  
eccator quæ absque humilitate nunquam erit bona,  
descendat sed ruinosa ac quovis vento deiçienda. Pro-  
infusum possum (quod erit omnibus te postponere)  
que fas solidabit, si in Dei filium oculos conjeceris;  
coram cur enim tædeat animam personis etiam mi-  
n mortuoribus se submittere, quum perspexerit, id  
ab omni ipsum à Christo præstitum, qui Joanni se in-  
, & ad finities abjectori subjicit? Vilescet Mundus,  
, & ego nec curabis multum, si ab eo contemnaris,  
catticus Magistro tuo Sanctorum sanctissimo in o-  
execror mnibus prælucente, hic tibi speculum, hic  
on conu exemplar, hic incitamentum esto, hunc in-  
estimari tuere, hunc considera, & quævis approbia;  
o unquam persecutiones & injurias haud difficulter  
icabo; cludes ac vinces.  
vestigii

## PUNCTUM SECUNDUM.

Considera, Anima devota, cum Chri-  
stus Dominus in aqua fuisset constitu-  
tus jam baptizandus, revelatum  
a devoti culo ad fuisse Joanni, quod is ipse esset Dei filius;  
erium in verus Messias, totiusque humani generis sa-  
nibus ful lus: Et descendit Spiritus Sanctus corporali spe-  
cie, sicut columba super ipsum, voce de cœlo  
ffariam, insonante: *Hic est filius meus dilectus, in quo  
mibi bene complacui.* Considera & obser-  
damen va, quam frugaliter Deus virtutem remune-  
retur. Christus peccatoris speciem induit,

K

Pater

Pater filium suum dilectissimum omnibus suspiro  
gnoscendum proclamat, ille se noscere me, o  
spersum, hic sanctum, innocentem, ipse & ego  
met Deum. Unde habes, quam vere protegat  
litas nunquam possit supprimi: qui si fidentis  
Mundo se humiliat, & ad infima dejectus honoris  
tatur in altero ad usque aethereas mansuetias i  
Esto contenta, O anima, si humiliata norem a  
contemptam & ab omnibus concutitur, hac sa  
experiaris, Deus enim humilium celum elargita  
& amantissimus non intermitte suo ter  
re te elevare. Age viriliter, & con  
persevera in tua humilitate, modica satis  
fione aeternos honores comparatura.

## AFFECTUS.

**V**idiisti, anima mea, quam insipidus prolat  
agat, qui toto nisu caducis hiscebre. M  
ribus inhiat? hodie sunt, & cruentur,  
comparent; hodie honores, cras confundunt, q  
nes & opprobria. Veros honores ceteris, hu  
humilia te, humiliibus enim Deus dat gratias non  
suaque benedictione replet, ubi inflatus est, si  
superbos despicit & retundit. Proximis. S  
tur omnes terrenae excellentiae, abest quolibet  
res; Tu, O mi! Iesu! eris culmen meum, sufficiet, c  
pus, ad quem colimabo. Da, O Redemptor annota  
mi! ut consequar, quod suspiro; da, ut in rami  
niam, quo anhelo; humilitatem eligo, bene fit

omnibus suspiro, hanc votis omnibus exopto. In se noxijs reme, obsecro, humilium tuorum cœtui, ut item, ipse & ego cum illis ab omnipotenti tua dextera m verē protegar; hæc mihi esto dispensatrix munificientissima, ab hac in me depluat, quidquid a deijectio honoris, quidquid existimationis & excel- as mansuetiæ in me redundare potest. Nolo ho- miliatam norem alium, nolo alias dignitates, nisi ab concilio hac sanctissima tua dextera dispositas & um celum largitas.

*Fructus & proposita.*

**S**icas, anima devota, veram humilitatem, non consistere in eo, ut ore tenus quis se humiliet, sed id ipsum è profundo pectoris tui pullulare, omnes illos actus ore m insip prolatos cum interioribus concordare debeatis hisce re. Multi plenis buccis peccatores se profitentur, id ipsum tamen ab alijs de se dici non possunt, quia exterius duntaxat, non vero intencionares interius, humilitatem sectentur. Vera humilitas dat gratias non in externis solummodo actibus con- ubi infelix sitit, sed primario & principaliter in interius. Proximis. Si interius non fuerit solidè radicata, abest quolibet adversitatis vento deiijcetur & de- meum. Tunc faciet, quemadmodum enim planta, uti recte O Reder annotavit S. Basilius Seleucicensis, nunquam *Orat.* o; da, ut in ramis seu fructibus pulchra apparebit, nisi 28. emeligo, bene fuerit radicata & in radice integra ac si

K 2

inco-

incolumis, ita non comparebunt pulchritudines  
erunt boni externi humilitatis actus, sperantes  
mas in corde radices egerint, interius mersisse  
ipso abjecte & humiliter sentiendo, tiones à  
pone igitur toto cordis affectu vera prædesti-  
tati insudare, tantaque solertia radice Redem-  
interius figere, ut nullo contemptuum San-  
ne avelli aut eradicari possit.

## PUNCTUM TERTIUM

**C**onsidera, Anima devota, mira A  
Spiritus S. effectum, vix enim Christum in Jordane visebatur  
illico in solitudinem eum deduxit. Iminis i-  
sertum fugit: primò, ut applausus manus;  
num jam in laudes resolutorum effugium &  
tum, ut ostenderet, proprium Spiritus notesce-  
perducere in solitudinem & ad orationem simque  
Considera ejus per quadraginta dies illi digitus  
commorantis assiduas preces, carnis magno ho-  
cationes, aliasque præclarissimas vi-  
Magist. Societas ejus cum bestijs, uti testatur Eu-  
Revert. lista. Pugna & certamen cum Princeps  
1. 13. tenebrarum, quorum tentationibus ille  
submiserat, ut nos roboraret & modum illum, e-  
ceret, insidiantis inimici technas eludam mihi  
Tentari voluit, inquit S. Gregorius Papa, O  
Hom. nostras tentationes suis temptationibus cu-  
me à cr. 16. in  
Evang. Amor sanè ingens & simul remedium

nt pulch<sup>st</sup>antissimum, secūs enim pateret ingens de-  
actus, i<sup>s</sup>perationis barathrum, cui plurimi se im-  
mergissent impiè creduli, ob immissas tenta-  
ciōes à Deo se reprobatos, ubi nunc notam  
uera h<sup>ab</sup> prædestinationis desumunt, cùm ipse met  
ia radic<sup>Redemptor</sup> verus Deus & homo plenus Spi-  
nptuum i<sup>tu</sup> Sancto, atque ipsam et sanctitas fuerit  
tentatus,

## AFFECTUS.

**A**n credis, Anima mea, Spiritus S. ha-  
bitaculum te esse? Falleris, Ah! fal-  
leris. Ubi enim ejusdem Divini fla-  
minis in te effectus? Inhias applausibus hu-  
manis; vix quidpiam tuo judicio honorifi-  
cum & laudabile præstas, cum omnibus in-  
notescere, & marmoreis tabulis inscribi, pa-  
simque magnificari affectas. Non est hic  
ad orationem d<sup>icitus</sup> Dei, Spiritus S. humilia suadet, fu-  
carnis magis honorum inspirat, orationem & mor-  
tificationem inculcat. O quād distas à tuo  
Magistro inobediens, refractaria discipula!  
Revertere, revertere, Anima mea, & con-  
vertere ad Dominum Deum tuum; Invoca  
& modum illum, & quanto intimius vales, clama: Do-  
minus elu<sup>na</sup> mihi, O Domine, Spiritum tuum, Accinge  
me, O Spiritus cœlestis, ad solitudinem, exue  
me à creaturis, inflamma cor meum, ut totam  
me orationi & mortificationi consecrem.

K 3

Benè

Benè est, O Anima, esto virilis, confide  
Deo tuo, qui nunquam deest invoca-  
& sperantibus in se; Elige semper ab  
contempta esse, fuge consortia homi-  
nobtempera instinctibus internis, & Spir-  
possidebit te; Hic, hic te juvabit, hic  
bit te suprate, hice docebit te viam  
torum Dei, hic comes & dux erit ad  
æterna, ad quæ semper aspiras. Ergo  
Anima mea, in hoc Spiritu tot & tan-  
na? Ergo Spiritus iste tam facile &  
heroico volo recuperandus? Quid na-  
rabis! an ejusdem possidendi studium  
ges? Absit, O Jesu mi, O Redemptor  
Præceptor amantissime! Ecce miseri-  
me, tota nocte laboravi in tenebris vari-  
pij applausuum humanorum, & nihil  
si fumum & nihil. Tentabor &  
bebam, quia ignis tuus cœlestis, flam-  
num, non fulsit mihi, aut saltem igno-  
hi erat. Nunc verò, cum lucidissimi  
sanctissimi exempli tui præluceat,  
in vestigia tua ruentem, in desertum  
dam, conculcabo, quidquid terreni ha-  
aut alterius commoditatis allicere ca-  
tur; tecum, O mi Jesu, pugnabo, tecum  
giam consortia hominum, tecum re-  
da & illumina me Spiritu tuo, ut & tu  
vincam & constans per-  
sistam.

Fructus & proposita.

Terno fulcro contra inimici insultus armatis per hanc meditationem, Anima devota; Primum est, ut, quantum possibile fuerit, fugias consortia hominum, aut saltem, si aliter fieri nequeat, nimiam & non summè necessariam eorundem frequen-  
tiam, ne dicere cogaris cum experto illo :  
*quoties cum hominibus eram, semper minor ho-* *Apud*  
*mo, id est, tepidior in virtutum tramite, redy. Thom.*  
Alterum sunt ipsamet efficacissima media Kemp-  
contra omnes tentationes, nempe oratio & l. i. de  
mortificatio, quibus, ceu inpenetrabilibus scu- imit.  
tis, omnia inimici tela eluduntur. Tertium Chri. c.  
est constantia in usu dictorum mediorum, & 20. n. 2.  
hanc discis à quadragenaria dierum & no-  
ctium perseverantia, qua Magister tuus in  
solitudine perstittit, ut enim Dæmonis, Car-  
nis, & Mundi technæ subterfugiantur, non  
sufficit semel duntaxat aut per diem se mor-  
tificare, sed oportet semper orare, semper  
se ipsum vincere, semper paratum  
& armatum esse.



K 4

DIES